



R. P. F.

LUCII FERRARIS

SOLER-ALEXANDRINI,

ORDINIS MINOR. REGUL. OBSERV. S. P. FRANCISCI,

PROMTA BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA

NEC NON

ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA

(JURIS HISPANICI HODIE ETIAM VOCABITUR)

*DE PRINCIPALIORIBUS, ET FERRE OMNIBUS, QUÆ IN DIES OCCURRUNT, NEC PENES
OMNES FACILE, AC PROMTE REPERIRI POSSUNT,*

*EX UTROQUE JURE, PONTIFICIIS CONSTITUTIONIBUS, CONCILIIIS, SACRARUM CONGREGATIONUM
DECRETIS, SACRÆ ROMANÆ ROTÆ DECISIONIBUS, AC PROBATISSIMIS
ET SELECTISSIMIS AUCTORIBUS*

ACCURATE COLLECTA, ADAUCTA, IN UNUM REDACTA, ET ORDINE ALPHABETICO CONGESTA,

AC IN DECEM TOMOS DISTRIBUTA.

*In hac editione, prima hispana non solum Additiones legales, jam antea publicatæ
accedunt, verum etiam leges, Auctoris doctrinam astruentes, permultæque aliæ
adnotationes, eisdem decisionibus insistentes, nunquam antea editæ:*

OPERA, AC STUDIO ID TOTUM ELABORATUM

L. D. FRANCISCI MARIÆ VALLARNA

MADRIDENSIS COLLEGII ADVOCATORUM ALUMNI.

TOMUS TERTIUS.

D-E



SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI: EX TYPOGRAPHIA MICHAELIS ESCRIBANO.

MDCCLXXXVI.

Sumtibus Regiæ Typographorum, & Bibliopolarum Societatis.

DAMNIFICATIO, DAMNUM.

SUMMARIUM.

- 1 **D**AMNIFICATIO est duplex, lucrosa, & non lucrosa. Quae sit damnificatio lucrosa?
- 2 Quae sit damnificatio non lucrosa?
- 3 Damnificatio non lucrosa dividitur in inculpata, & culpata culpa, vel theologica, vel civili tantum. Quae sit damnificatio culpata theologica?
- 4 Ex hac damnificatione culpata culpa theologica oritur obligatio restituendi, seu damna reparandi.
- 5 Et talis obligatio, etiam ante litem contestationem damnificante defuncto, transmittitur ad ejus haeredit.
- 6 Quid sit damnificatio culpata culpa civili, vel politica tantum?
- 7 Ex hac damnificatione culpata culpa civili, seu juridica tantum, oritur pro foro externo obligatio resarciendi damnum, etiam si culpa esset levissima ad n. 8.
- 8 Damnificatio inculpata, quae sit, & quando dicatur?
- 9 In foro conscientiae tenetur quis ad reparandum damnum alteri illatum, sed non per damnificationem culpa theologica, sed etiam per damnificationem culpata culpa civili, seu juridica lata.
- 10 Nemo (praecidendo & contrahendo) tenetur in conscientia ante sententiam Judicis ad resarciendum damnum alteri illatum per damnificationem realem, seu juridicam solum levem, vel levissimam.
- 11 Afferitur instantis, & solvitur.
- 12 Inopatae doli, seu culpa theologica in nullo foro tenentur ad resarciendum damnum.
- 13 Sic nec tenentur ad resarciendum damnum, qui adhibuerunt debitam diligentiam pro illo avertendo.
- 14 Sic nec tenentur ad damnum resarciendum, qui illud causerunt utendo jure suo.
- 15 Sic in nullo foro tenentur aliquis resarcire damnum, quod casu omnino fortuito, qui praevideri, & evitari non potuit, contingit.

DAMNIFICATIO est duplex, lucrosa, & non lucrosa. Damnificatio lucrosa est damnum datum in rebus externis cum iniuria earum usurpatione, ut fit in furto, rapina, aliisque iniuriis usurpationibus, in quibus fur, vel iniustus invasor rem alienam invadit, & lucrum capturus in suum usum convertit. Damnificatio non lucrosa est damnum in bonis externis proximi absque eorum usurpatione, id est absque eo quod aliquod commodi, seu lucri exinde perveniat ad damnificantem, ut fit cum quis aedes, vel segetes proximi incendit, ejus animalia interficit &c.

3 Damnificatio non lucrosa dividitur in inculpata & culpata culpa, vel theologica, vel civili tantum. Damnificatio culpata culpa theologica, & proprie dicto peccato dicitur, qua damnum quis infert proximo, vel ex

directo proposito ei nocendi, vel nolendo, cum possit, ac debeat abstinere ab actione includente perfectum ei inferendi damni periculum: vel non impediendo ei damnum inferri, cum possit & ex justitia teneatur impedire; cap. Si culpa 9. de injur. & dam. dar. Et ex hac damnificatione culpata culpa theologica oritur obligatio restituendi, seu damni resarciendi, ut expressè loquitur textus in dicto cap. Si culpa, ibi: «Si culpa tua datum es damnum, vel injuria irogata, seu aliis interrogantibus opem forte tulisti, aut haec, impericia tua, sive negligentia evenerunt, jure super his satisfacere tibi oportet; Nec ignorantia te excusat, scire debuisti ex facto tuo injuriam verisimiliter posse contingere, & vel justitiam, & Et talis obligatio etiam ante litem contestationem, damnificante defuncto, transmittitur ad haereditas; cap. Parochianos 14. de sepult. & cap. In literis 5. de rapt.

(Quod damnum a defuncto causatum, sive ante litem post litem contestatam, tenentur haereditas resarcire a legibus 7. tit. 15. lib. 3. Fori Reg. 9. tit. 20. lib. 4. ejusd. cum 68. styl. 1. tit. 3. 7. & 10. tit. 6. p. 6. signanter 7. 8. & 23. praesertimque 25. tit. 1. p. 7. clare ostenditur, in quantum vires patiuntur hereditatis, si inventarium confecerint; vide etiam tit. 15. p. 7. fere per tot. ubi de damni satisfactione tractatur; convenit recognoscere leg. 5. & 20. tit. 4. lib. 4. For. Reg. in eis demonstratur, videri damnum dedisse qui occasionem damni praestitit; Regula 5. 21. & 20. tit. 34. p. 7.)

Damnificatio culpata culpa civili, vel publica tantum dicitur, qua seclusa omni voluntate nocendi proximo, omnique actione, vel omissione culpabili coram Deo, ac in conscientia, nihilominus damnum proximo inferitur ex actione, vel omissione culpabili, vel defectuosa contra exactum modum agendi humanum. Et ex hac damnificatione culpata culpa civili, seu juridica tantum, oritur pro foro externo obligatio resarciendi damnum, etiam si culpa esset levissima; textu expresso in lege ff. Ad legem Aquilam, ibi: In lege Aquilia etiam levissima culpa tenet; (Constat lex 9. tit. 10. p. 7. 1. & 10. tit. 15. ejusd. p.) quia potius debet esse causa ejus, qui damnum absque omni culpa patitur, quam alterius, quia sua culpa damnum intulit, etsi forsitan levissima; cum in leg. Wachum, ff. de regul. juris expressè habeatur, quod Factum cuique suum, non alteri nocere debet. (Concordat Regula 18. & 21. tit. 34. p. 7.) Unde si animal tuum absque alia culpa tua damnum alicui intulit, verb. gr. petentiendo, vel occidendo animal proximi, aut segetes depascendo, teneris pro noxa damnum illatum resarcire, vel dare damnificatio illud animal, quod damnum intulit; leg. 1. ff. Si quadrupes pauperiem, (Leg. 22. tit. 1. 5. ejusd. p. 7. citat. 20. For. Reg.)

R. P. F.
LUCII FERRARIS
SOLER-ALEXANDRINI,
ORDINIS MINOR. REGUL. OBSERV. S. P. FRANCISCI,
PROMTA BIBLIOTHECA
CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA
NECNON

ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA
(JURIS HISPANICI HODIE ETIAM VOCABITUR)

*DE PRINCIPALIORIBUS, ET FERRE OMNIBUS, QUAE IN DIES OCCURRUNT, NEC PENES
OMNES FACILE, AC PROMTE REPERIRI POSSUNT,*

EX UTROQUE JURE, PONTIFICIIS CONSTITUTIONIBUS, CONCILIIIS, SACRARUM CONGREGATIONUM
DECRETIS, SACRAE ROMANAE ROTAE DECISIONIBUS, AC PROBATISSIMIS
ET SELECTISSIMIS AUCTORIBUS

ACCURATE COLLECTA, ADAUCTA, IN UNUM REDACTA, ET ORDINE ALPHABETICO CONGESTA,

AC IN DECEM TOMOS DISTRIBUTA.

*In hac editioe, prima hispana non solum Additiones legales, jam antea publicatae
accedunt, verum etiam leges, Auctoris doctrinam astruentes, permultaque aliae
adnotationes, eisdem decisionibus insistentes, nunquam antea editae:*

OPERA, AC STUDIO ID TOTUM ELABORATUM

L. D. FRANCISCI MARIAE VALLARNA

MADRIDENSIS COLLEGII ADVOCATORUM ALUMNI.

TOMUS QUARTUS.


F-G-H-J



SUPERIORUM PERMISSU.
MATRITI: EX TYPOGRAPHIA MICHAELIS ESCRIBANO.

MDCCLXXXVI.

Suntibus Regiae Typographorum, & Bibliopolarum Societatis.



FALCIDIA.

SUMMARIUM.

- 1 **F**ALCIDIA quid sit.
- 2 Assignatur motuum ejus originis.
- 3 Falcidia dicta est à Falcidio Tribuno plebis, qui illam tulit sub Octaviano Imperatore.
- 4 Trebellianica quid sit.
- 5 Trebellianica dicta est à Trebellio consule, à quo prodit Senatus consultum Trebellianum.
- 6 Sicuti per Falcidiam positum est temperamentum legatis; ita per Trebellianicam, seu S. C. Trebellianam S. C. positum est temperamentum fideicommissis.
- 7 Quae differentia inter utramque, ex quibus bonis detrahatur: an ex omnibus legatis falcidia detrahi possit: ejus detractio an possit à testatore prohiberi, ad num. 32.
- 8 Quae hucusque de falcidia statuuntur, de trebellianica debent intelligi: aliae differentiae assignantur: ad num. 37.
- 9 Nova additiones ex aliena manu subnectuntur, ad n. 54.



FALCIDIA est quarta pars bonorum testatoris post mortem ejus deducto aere alieno, & expensis funeralibus, residua heredi scripto nimis legatis gravato, debita; clare habetur §. Quantitas autem 2. §. Cum autem 3. *instit. de leg. Falc.* & sic

- 1 **Comm.** Cum enim olim licentiam leg. XII. tabular. liberum esset testatoribus totum patrimonium erogare in legata, seu hereditatem tot. ac tantis gravare legatis, ut heredibus onera hereditatis portantibus, vel nullum, vel nonnisi modicum luctum remaneret, ac propterea hereditatem respuerent, lata est *Lex Furia* prohibens uni legatario legati ultra 1000. aureos. Deinde etiam lata est *Lex Voconia* prohibens, ne quis plus relinqueret alicui quam heredi; sed cum neutra adhuc sufficeret, lata est *Lex Falcidia* prohibens, ne plus liceat legare, quam dodrantem, seu tres partes omnium bonorum, ita ut heredi semper remaneat saltem quarta pars omnium, quae inveiuntur tempore mortis testatoris, post soluta prius debita, expensas funeris, ac mercedem servorum. Haec quarta pars dicitur *Falcidia*, & lex eam introducens dicitur *Lex Falcidia*, à Falcidio Tribuno plebis, qui illam tulit sub Octaviano Imperatore, *Instit. de Leg. Falcidia*, & *Cod. ad Legem Falcidiam* §. cap. Quaedam 6. *dist. 1.* ibi: « Sub eodem nomine Imperatore (Octaviano) Falcidius Tribunus plebis legem fecit, ne quis plus extraneis in testamento legaret, quam ut quarta pars superesset heredibus, ex cuius nomine *Lex Falcidia* est nominata.
- 2 Trebellianica est quarta pars bonorum testatoris post

mortem ejus, deducto aere alieno, & expensis funeralibus, residua, heredi scripto, fideicommissio universali gravato, debita; §. Sed quis 7. *Instit. de Fideicom. Hered.* & *Cod. ad SC. Trebellianum*; Et sic *Communit. Trebellianica* dicitur à Trebellio Consule, à quo prodit Senatus consultum Trebellianum, quo statuitur, ut haeres Fideicommissarius rogatus seu gravatus totam hereditatem restituere, possit quartam partem sibi retinere, uti habetur *in cit. §.* Sed quis 7. *instit. de fideicom. hered.* & *Cod. ad SC. Trebellianum*. Unde sicuti per falcidiam positum est temperamentum legatis, ita per trebellianicam, seu SC. Trebellianam positum est temperamentum fideicommissis. Hinc *Falcidia* & *Trebellianica* in hoc differunt, quod *falcidia* detrahatur à omnis & excessivis legatis, *trebellianica* vero ab excessivo fideicommissio universali, & *falcidia* derivatur à *Falcidio*, *trebellianica* vero à *Trebellio*; Vide alias differentiam *infra* sub num. 33.

Falcidia detrahatur ex omnibus bonis post mortem testatoris repertis, solutis tamen prius omnibus ejus debitis, expensis funeris, & mercede, seu pretio servorum, ita ut si respectu horum omnium bonorum haeres scriptus ob nimia legata non habeat quartam partem, possit eam à dictis legatis proportionaliter detrahere, textu expresso *in §. final. de leg. falcidia*, ibi: « Cum autem ratio legis falcidiae ponitur, ante deducitur aes alienum, & funeris impensa, & pretia servorum manumissorum; » tunc demum in reliqua illa ratio habetur, ut ex eo quarta pars apud heredem remaneat, tres vero partes inter legatarios distribuantur, pro tota scilicet portione ejus, quod cuique eorum legatum fuerit. Et sic *Rota part. 1. recent. dec. 438. num. 2.* & *part. 14. dec. 366. num. 8.* Haeres tamen pretendens hujusmodi detractionem tenetur ipse probare legata excedere dodrantem, seu tres partes hereditatis; *Rota part. 10. recent. dec. 42. num. 50.* Et ubi fiat locus dictae detractioni, haeres tenetur ea omnia in falcidiam computare, quae capit Jure hereditario; *Rota part. 8. dec. 75. num. 7.* Non autem tenetur haeres computare in falcidiam ea, quae capit Jure legati, aut fideicommissi particularis; sed si quae testator heredi particulariter legavit, aut fideicommissit debent conferri ad quantitatem omnium bonorum, & Falcidia erit detrahenda proportionaliter à legatis, seu fideicommissis particularibus computato etiam illo, quod testator per modum legati, vel particularis fideicommissi heredi specialiter reliquit; *l. In quartam 91. ff. ad leg. falcid. ibi: » In quartam hereditatis, quam per legem falcidiam haeres habere debet, imputantur res, quas jure hereditario capit, non quas jure legati, aut fideicommissi; » &c. nam haec in quartam non imputantur. Falcidia non solum detrahatur à legatis, sed etiam à fideicommissis.*